e-codices

nus bartholomeus nomine. exenium quoddam fratribus
prelaborantibus apportavit. Et ecce subito
ventus vehemens concussa domo. hostium porte
grave quidem et magnum. super ipsum puerulum
ita valido impetu impulsum. ut quem tam ingentis
ponderis oppresserat. letali crederetur collisione
quassatus. Sic enim totaliter iacebat tumulatus
sub pondere. ut nichil exterius appareret. Ac-
currerunt omnes qui aderant beati Francisci virtuosam
dexteram invocantes. Sed et pater ipsius qui rigescen-
tibus membris se movere non poterat pre dolore. votis
et voce sancto Francisco filium offerebat. Leva-
tum est denique funestum pondus desuper puerum. et ec-
ce quem credebant mortuum. quasi suscitatus a sop-
no letus apparuit. nullam in se prius perferens
lesionem. Igitur cum quatuordecim esset annorum. factus
est frater minor. et postea litteratus et famosus in ordine predicator.
Homines de Lentino.
lapidem pregrandem absciderent de monte.
qui super ponendus erat altari cuiusdam ecclesie
beati Francisci iam in proximo consecrande. Cum autem
fere quadraginta homines. lapidem illum super po-

License: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. 103r – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/fr/pal/L/103r)